



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De illo qui pro ludo immergitur. E. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Narbo. cap.
15. to. 1. cōc.
de cōf. dist.
4. e. si nulla
Ibid. paulo
inferius.*

cos, vel vicinos à quibus baptizati fuisse doceantur agendū est, vt renascantur ne pereant: in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sine videretur iteratum. Conferendū eis videtur, quod collatum esse nescitur, quia non temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.

De illo, qui pro ludo immergitur.

*Aug. in principio. ca. 53.
lib. 7. de baptismo contra Donat.
tom. 7. Ibid. ad finem.*

Solet etiam quæri, de illo qui iocans, sicut minus, cōmemoratione tamen Trinitatis immergitur, vtrum baptizatus sit? Hoc autē Aug. non definit, ita inquit, Si totum ludicre & mimice & ioculariter ageretur, vtrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, diuinū iudicium per alicuius reuelationis miraculum oratione implorandū esse censerem. Videtur tamen sapientibus non fuisse baptismus: vt cum aliqui in balneum vel in flumen merguntur in nomine Trinitatis, non est tamen baptismus, quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc & in aliis sacramentis sicut forma est seruanda, ita & intentio illud celebrandi est habenda. Illud etiam non te moueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, vt per spiritum ad vitam regenerentur æternam: sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatē, non n. propterea illi non regenerantur, quia nec ab illis hac intētione offeruntur.

*Aug. ad Bonifac. Epi.
23. ad mediū tom. 1.*

Quod duo tēpora erant, in quibus baptizabantur homines.

*Leo Pap. i.
Epi. 4. ca. 5.
epi Sicilia
Ca. 6 eiusdē
Epistola.*

Agnosendum est etiam, in baptizandis electis duo tēpora esse seruanda, i. Pascha & Pentecosten, vt in sabbatho paschē vel pentecostes baptizanti sacramentum celebretur. Qui vero necessitate mortis vel periculū vrgentur, omni tempore debent baptizari.

De responsione patrinorum.

Porro cuncti ad baptismum venientes, fidem suā profiteri debent, & exponere ad quid petendū venerint ad Ecclesiā. Vnde etiam baptizando queritur,